

de nostra mortalitate suscepit, ut de sua immortalitate collata, morti possit vita pro mortuis. Et quia corpus assumptum ablatus erat ab oculis nostris, & fideribus illaturus, neccarium era, ut nobis in hac die sacramentum corporis & sanguinis sui consecaret, ut coleretur vel jugiter, jure per mysterium quod semel offerebatur in pretium; ut quia quotidiana & indefessa curaret pro hominum salute redemptio, perpetua esset etiam redemptio oblatio, & perennis illa victimam, viveret in memoria, & praesens semper esset in gratia. Vera unica & perfecta hostia, fide eximanda non specie: nec exterioris cuncta visu hominis, sed interioris effectu. Unde merito celestis confirmat autoritas, quia caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.

Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum, quandoquidem qui autor est munera, ipse est etiam testis veritatis. Nam visibilis sacerdos, visibilis creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui, verbo suo secreta potestate convertit, ita dicens: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et sanctificatione repetita: Accipite, inquit, & bibite, hic est sanguis meus. Ergo ut ad nutum precipientis Domini, repente ex nihilo subfiterunt excelsa celorum, profunda fluctuum, vasta terrarum, ita parem potentiam in spiritualibus sacramentis verbis praeberit virtus, & rei servit effectus. Quanta itaque & quam celebranda vis divinae benedictionis operetur: & quomodo tibi novum & impossibile videri non debat, quod in Christi substantiam terrena & mortalia commutantur: te ipsum, qui jam in Christo es regeneratus interroga.

Dudum alienus à vita, peregrinus à misericordia, à fatus via, intrinsecus mortuus exulabas: subito initiatu Christi legibus, & salutaribus mysteriis innovatus, in corpus Ecclesiae non videndo, sed credendo transisti: & de filio perditionis, adoptivis Dei fieri occulta puritate meruit, in mensura visibili permanens, major factus es teipso visibiliter sine quantitatibus augmentatione, cum ipso atque idem esses, multo alter fidei processibus extixisti. In exteriore nihil addiditum est: & totum in interiore mutatum est, ac sic homo Christi filius effectus, & Christus in homini mente formatus est. Sicut ergo sine corporali sensu præterita vilitate deposita, subito nova induitus es dignitate: & sicut haec quae in te Deus lesta curavit, infecta diluit, maculata deterret: non sunt oculis, nec sensibus tuis credita: ita cum reverendo altari celestibus cibis latianus accedit, sacram Dei tui corpus & sanguinem respice, honora, mirare, mente contingit, cordis manu fulcipe: & maximè haustu interiori assime.

Quod si illius veteris legis manna de quo legitur: Pluit eis manna ut ederent, hoc unicuique sapiebat quod defideri conciperat: aliudque erat quod sumebatur, aliud quod videbatur: invisibiliter vapor ille in singulorum sensibus formabatur: si ergo illud veteris legis manna, celius elapsum per multitudines suavitates, natura sua meritum & generis sui excedebat intuitum: & si creaturam suam dispensatio largitoris multipliciter diversitate considerat, ut preberet gustus quod ignorabat affectus: quia juxta recipientis desiderium, esca illius novitas & dignitas nascebatur: Unumquemque enim variis & alienis vaporibus reficiebat mellifluam pluviam illius donum, & multiplex siccis imbris obsequium: quæ cum ita sint: quod illic aviditas faciebat, hic fides faciat: & sicut in corpore cibus sapiebat, in pectore Deus credititate proficiat: sicut legimus: Accedat homo ad cor altum, & exaltabitur Deus: Ideo quodlibet delectatio obtinebat in faucibus, hic benedictio operetur in sensibus. Ad cognoscendum & percipiendum sacrificium veri dominici corporis, ipsa te roboret potentia consecratoris: & qui tunc latuit præfiguratus in manna, sit tibi nunc manifestatus in gratia.

Ipsum autem fuisse in manna illius specie præfiguratum: etiam Propheta evidenter ostendit, dicens: Panem celi dedit eis: panem angelorum manducavit homo. Et quis panis est angelorum nisi Christus, qui cibo sua charitatis & lumine claritatis nos satiat? Et hunc dat panem, dicens Propheta: Sexta die duplum colliges. Dum enim primò à dominica die in lege tribuitur, & in solo sabbato denegatur: jam tunc Christus ab Ecclesia cui dominicum resurrectionis diem consecravit, recipiens ostendit: & synagogæ ad quam cultus sabbati pertinebat, negandus esse percepitur: dum dies

qui est dies septimus, celestis panis fraude multatur de quo pane vetus narrat historia. Nec qui plus collegat habuit amplius: nec qui minus paraverat, reperit minus: eo quod Eucharistia perceptio non in quantitate, sed in virtute confitatur: quod corpus Domini fæcere dispensebant tantum est in exiguo, quantum esse constat in toto. Quod cum Ecclesia fidelium sumit: sicut plenum in universis, ita integrum esse probatur in singulis. De quo sensu apostolica sententia derivata est dicens: Qui multa habet non abundabit, & qui modicum habet, non minorabit.

Non enim de communi pane accipi dictum potest, quem si forte esurientibus apponemus: non ex toto perveniret ad singulos: quia partulatum & minutatum pro portione sua uniusquisque præsumeret. De hoc vero pane cum affluitur, nihil minus habent singuli quam universi: totum unus, totum duo, totum plures sine diminutione accipiunt: quia benedictio hujus sacramenti scit distribui, nec scit distributione confundi.

Sacramenti itaque hujus formam, etiam in Judæorum paginis videmus expressam. Nam de Melchisedec in Genesi legimus: Et Melchisedec rex Salem oblitus panem & vinum & benedixit Abraham. Fuit autem sacerdos Dei alcepsissimi: dumque à præcepto, id est, à gentili, circuncisus futura benedictus, Ecclesiæ gloria prædicatur: & synagogæ infidi populus ex gentibus acquisitus præponitur. Hujus ergo Melchisedec genealogia vel origo notiorum illius temporis latuit: & oblatione panis & vini, hoc Christi sacrificium præfiguravit, de quo Propheta pronunciavit: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.

Nam & Moyse de eo mysterio loquens: vinum & sanguinem sub una appellatione significat: & in benedictione Patriarchæ dominicanæ passionem multo amplius demonstrat: ita inquietus. Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uxæ pallium suum. Adverte quād evidenter constat vini creaturam, Christi sanguine nuncupatam. Et quid adhuc de hac duplice specie inquirere debeas, ipso Domino attestante cognosce. Nisi, inquit, manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

Quod testimonium contra Pelagii blasphemias evidensimum argue validissimum est: qui afferere arrepta impietate præsumit, non propter vitam, sed propter regnum celorum, baptismum parvulis conferendum. Sub his enim Dei verbis quibus Evangelista pronunciavit: Non habebitis vitam in vobis: aperte intelligendum est, quod omnis anima munere baptismi vacua, non solum gloria careat, sed & vita.

Hoc itaque dominici sanguinis vinum aqua esse miscendum, non solum traditione sed ipso genere passionis ostendit: ex cuius sacro latere sanguis & aqua lanceæ illicione profluxit: sicut & Propheta multo ante præcincti dicens: Perfusit Petram, & effluxerunt aquæ. Et Apostolus: Bibebant, inquit, de consequente eos petra. Vides quod qui biberit de Christi gratia, sequitur eum Christi misericordia.

Sed in Salomon de ipso Deo prædictum legimus: Sapientia, inquit, adificavit sibi dominum, id est, corpus hominis nullum: in quo habitat plenitudo divinitatis: Excudit columnas septem: quia illum benedictio gratia septiformis implevit. Maestavit hostias suas: miscuit in craterem vinum suum: & paravit mensam suam. Et in sequenti: Venite, & edite de meis panibus, & bibite vinum quod miscui vobis. Admixtum ergo aqua vinum legimus.

Nunc cauam quare utrumque Dominus misericordia voluerit, inquiramus, Quando in Judæorum convivio nuptiali vinum, id est, fides in eis deficiebat: Vinum, inquit, deficiebat: quia vinea fructum negabat: de qua dicitur: Exspectabam ut faceret uvas, fecit autem spinas. Unde & serum spinium capitum redemptoris imposuit: quando Dominus nuptiali tempore, id est, quando sponsus se Ecclesia sue paucaliter exultatione jungendo aquas in vinum convertit: manifeste præfigurans multitudines gentium de sanguinis sui gratia esse venturas. Per aquas enim populos significari, facris aperitur eloquii: sicut legitur: Aque istæ quas vidi, populi sunt & gentes & linguae. Unde & advertemus in aquis figuram gentium demonstrari, in vino autem sanguinem dominica passionis ostendit. Ac sic cum in sacramentis vino aqua miscetur, Christo fidelis populus incorporatur &

jungitur, & quadam ei copula perfectæ charitatis unitur, ut possit dicere cum Apolo: Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angitia, an perseguatio: & reliqua. Deus autem homini suscepit sanctificatione misericordia, quam fides in ipso peccatore affectus justitie, misericordia pietatis infundit.

Etiam in hoc ipso, quod in numeros tritie granis panem confici novimus, unitatem constat assignare populorum. Sicut enim frumentum quod sola purgantibus sollicitudine ad candidam speciem molarum labore perficitur, ac per aquam & ignem in unius panis substantia congregatur: sic variae gentes, diversaque nationes, in unam fidem convenientes, unum de se Christi corpus efficiunt, & Christianus populus quasi triticæ grana innumerabilis in facrilegis nationibus pide purgata atque cribrata discernitur. Et in unum, quasi infidelium lolio pertransiente colligitur, & duorum testimentorum infractione, velut frumentum gemino molaram opere curatum nescit, & in illam primæ originis dignitatem nativo candore mutatur, ac per aquam baptismi, vel per ignem Spiritus sancti, aeterni illius panis corpus efficitur.

Sicut ergo separari grana ab illius confectione panis ad unationem non possunt, & sicut aquæ ad propriam redire substantiam in vinum permixta, jam non possunt: sic & fideles quique atque sapientes, qui redemptos se Christi sanguine & passione cognoscunt, ita debent quasi inseparabilia membra capiti suo, fidei observatione & ardentissima religione sociari, ut ab eo non voluntate, non necessitate se Jungi, non illa terrena spesi ambitione, non denique ipsa possint morte divelli. Nec dubitet quisquam primarias creaturas, nutu divinae potentiae, præstantia summae majestatis in dominici corporis transire posse naturam, cum ipsu hominem videat artificio celestis misericordie Christi corpus effectum.

Sicut autem quicunque ad fidem Christi veniens ante verba baptismi adhuc in vinculo est veteris debiti, his vero memoratis, mox exiut omni peccati: ita quando benedicenda verbi celestibus creature sacræ altaris impununtur, antequam invocatione sui nominis conseruantur, substantiam illuc est panis & vini, post verba autem corpus & sanguis est Christi. Quid autem mirum est, si ea quæ verbo potius creare, verbo possit creare convertere? In modo jam minoris videtur esse miraculi, si id quod de nihilo agnosciur condidit, jam conditum in melius valeat commutare. Requie quid ei possit esse difficile, cui facile fuit hominem de limi materia figurare: imaginem etiam sua divinitatis induere, cui promptum est eum rursum revocare de inferis, restituere de perditione, reparare de pulvere, de terra in celum levare, de homine angelum facere, corpus humanum conforme corpori sue claritatis reddere, figuramentum suum in regni sui consortio sublimare: ut qui corpus nostræ fragilitatis assumatur, nos in corpus sue immortalitatis assimilatur: ad quam gloriosam resurrectionem ipsi nos operibus preparare dignetur, qui vivit & regnat in faculae faculorum.

HOMILIA SUPER EVANGELIUM Matthæi, incerto auctore.

SANCTUS Evangelista docet nos necessitatem inopie tolerantes, subdidii causa amicum debere perquiritere, & id quod deest ad refectionem alterius, oportere ab altero mutuari. Intantum autem ad postulandum perveritatem esse voluit petitorem, ut nec nocturnis horis pulsare amici januam definat, nec excitare eum dubitet quiescentem: ita etiam, ut tadium inferens impudentia mereatur quod amicitia non meretur, & communicationem panis extorreat importunitas, quam non impetrat humanitas. At enim: quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum medium nocte, &c.

Videtur ergo secundum literam aliquid persuadere, ut media nocte quiescentem amico & clauso cubiculo dormienti molesti esse minime definamus. Sed si ad spirituali nos intelligentiam revocemus, inveniemus non dure Dominum, sed utiliter præcepisse. Nam utique postquam discipulos orationem dominicam docuit, hanc subiecti parabolam: ut intelligemus importunos nos amicos esse debere, non expostulando aliquid, sed potius precando: id est, Christum non carnali manu percutiendo, sed spirituali oratione pulsando. Ipse enim, si recte vivimus, amicus noster est. Nam quis amicior nobis est, quam ille qui pretio sui sanguinis nos redemit: Ipse, inquam, amicior omnibus est: qui cum sit Dominus, amicus esse dignatur, dicens ad Apolo: Jam non diccam vos servos, sed amicos.

Hujus ergo amici otium incessabiliter pulsare debemus, & horis eum inquietare nocturnis, & usque adeo molesti esse, ut importuni etiam judicemur. Sed non hujus importunitatem vereamur offendam: quia hæc apud Dominum importunitas opportuna est. Acceptior enim est illi impudens deprecatio, quam secura præsumptio: hoc est, plus meretur qui sollicitus orat infanter, quam qui confidens diffimat negligenter. At enim & ille: si perseveraverit pulsans. Perseverans igitur meretur accipere: quod alibi evidenter dicit: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Non multum ergo juvat frequenter orare, cui contingit aliquando cessare.

Semper igitur & sine intermissione petendum est & pulsandum, ne precatio ante acta nihil profit: si non ad finem eodem quo cœperit tenore perseveret. Dico, inquit, vobis: & si non dabit illi surgens, eo quod amicus eius sit, propter importunitatem eius surget & dabit. Magna perseverantia est, quæ quamvis importuna est, quamquam molesta sit Deo, tamen plus amica est, quam amicus. Ecce enim quod amico negatur, perseverantia promeretur. Illi recusat de fiducia, huic de contentionem compatitur. Illi non largitur familiariter pulsanti, huic pertinaciter miseretur oranti.

Pulsus igitur otium Domini, non solum per fidem, sed etiam perseverantia, ut aperiatur nobis: & media nocte pulsus, ne gravis nos ad vigilandum peccatorum somnum invadat: quoniam scriptum est: Beati servi quos cùm venerabili Dominus invenierit vigilantes. Hoc autem otium aperiuntur obsecrans se juvari, dicens: Ut aperiatur mihi otium ad loquendum mysterium Christi: scilicet aperto illo sacerdoti panes accipere desiderans, de quibus esurientis gentilium populi ad cognoscendum Dominum inedia faturetur. Et nos ergo pulsus hoc otium & perseverantem oremus, ut ex ipso sapientie & scientia panem accipere mereamur. Nam nisi substantiam exinde sumplerimus, fraternalis istius desiderium proprio sermone reficerem non valimus.

Vel homo ite quilibet Christianus intelligitur, qui fidem Trinitatis tantummodo intelligit: & quod necessarium est, nisi alter eum doceat, ignorat. Amicus vero eius, ut diximus, Christus est. Quod vero dicit: vadit ad illum media nocte, id est, in novissimo tempore, & dicit illi, comoda mihi tres panes: ac si dicat anima illa ad Christum: comoda mihi Trinitatis, & fac me intelligere quemadmodum operari me oportet. Amicus meus venit de via; ac si dicat, Christus est. Quod vero dicit: Pueri mei mecum sunt, ac si dicat Dominus Christus omnipotens: sancti mei quos volui jam mecum sunt. Non possum surgere & dare tibi. Ideo negat petitionem, ut probet cujuslibet perseverantiam. Et quod dicit: si non dabit illi surgens eo quod amicus eius est, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot haberet necessarios: sic & Dominus Iesus amicus & frater noster Christianorum, omni importune fideliterque petenti, pro iugis petitione quicquid in nomine eius petierit, sine difficultate rruerit. Sicut & sequitur.

Ego vobis dico: Petite, & dabitur vobis: querite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis: id est petite patrem,

querite filium, pulsate Spiritum sanctum. Vel petite cogitationibus, querite verbis, pulsate operibus. Sive petite fide, querite opere, & pulsate scientia: & ecco omnia aperientur vobis. Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Ac si dicat: qui petit a Domino charitatem & dilectionem, non illi dat duritatem cordis. Aut pīsem, nunquid pro pīse serpentem dabit illi? Per pīsem fides intelligitur, per serpentem infidelitas: ac si dicat: si petis a

Domino fidem, non tribuit tibi infidelitatem. Aut si petit ovm, nunquid poterit illi scorpionem? ac si dicat: Si habes in Deum spem veram, sive cogitationem sanctam in corde tuo cogitaveris, non contrarietatem, nec infideturum calamiam a Domino pertimescas. Si ergo vos cum sitis mali, nos tis bona dare filii vestris, quanto magis pater vester de cœlo dabit vobis spiritum bonum timentibus le? Ac si dicaret: si homines carnales inter bonum & malum discernitis, & non vultis ut quisque vestrum de manu vestra malum pro bono recipiat: quanto magis Deus qui cuncta condidit homini, quem ad imaginem suam fecit, fideliter sibi petenti tribuet bona? Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur? Quid hoc loco ignem nisi Spiritum sanctum intelligimus: quem Dominus in terram misit, ut urat vita & peccata, & accendat animas per charitatem atque illuminet?

PETRI PAULI VERGERII
Justinopolitanus de divo Hieronymo oratio.

SANTISSIMUM doctorem fidei nostræ Hieronymum cuius dies solennis adeat, ita mihi dari cupio recte laudare, ut in eo laudando laudem ipsæ meam non queram: Sed sit ei quemadmodum sermo, ita & mens propria intentione dedicata: quamquam quid sperandum sit laudis loquuturo, non video: ubi magnitudine rerum, eloquentia vis omnis obtruit, & excellente meritorum omnis impar est sermo. Me vero minime omnium sperare id convenit, ac si quid talium mentem subeat, placere desipio: qui cum obire quotannis minus hor laudum soleo, semper tamen posteaquam id ceperit, ita deinceps per annos affectus sum, ut augeri mihi defiderium sentiam, minui facultatem. Evenit autem hoc fortale: sive quod nondum satis sint mihi vires ingenii mei perspexi, qui subire tanti oneris caufam non verear: quod quantum sit, & intellexi tantisper dudum, & in dieis perficito magis: Sive quod illius merita apud plurimos quidem diligenter animadversa, à me vero etiam summo studio considerata, quod magis eluceat, eo magis affectum mentis alliciunt, & a consequenti spe ingenii acumen magis deterret: Sive quod praefidebitur meo, studio religionis in illum, tanto mihi retardari facultas videatur ingenii, quanto præcurrit studium voluntatis.

Quarum eisdem terum, ut subesse utramque primarum non nego, ita adest postremam magnopere mihi cupio. Nam officio quidem ille meo, aut cuiusquam alterius in reddendis de se laudibus nihil indiget: ac non delectari opinor, nisi boni profectusque nostri gratia, cum per se ipse infinito proprio bono in beata illa aeternaque vita fruatur: devotione vero, cultu, religione, pietate, ac fide: cum in hunc, tum in reliquo celitus nos ipsi nostra causa indigemus. Atque in primis ego, qui meritis hujus sancti gloriosi, multa magnaque sepe numero beneficia apud Deum immortalem confecutum, manifesta fide me comprehendit, & difficillimis temporibus fuisse de gravissimis periculis ejus operaque intercessione liberatum.

Quod si antehoc devotionis ullum studium à me debebatur, multo certe nunc amplius adhibendum est mihi, ut parentis nuperrimum diem functi (qui erat devotissimus tibi sancte pater Hieronymus) vicem referam, cuius apud te preces, mea causa, plurimum valuisse, sum crebro expertus: Ut quemadmodum præclaris hujus instituti, familiarisque devotionis discipulus viventis fui, ita & ei quoque defuncto sim hæres: & quod mihi patrocinium in illo erat, nunc omne sit in meipso: Quamquam cum confidit tuis meritis atque precibus, præterea quod rectus homo erat, & timens Deum, excedentem ex hac luce in ea loca deductum, ubi à te, & per te multo facilius consequi quidvis possit.

Quod igitur ad me attinet: quemadmodum devotione animi, & servanda, & augmentanda est: ita minus hoc annuan reddendarum laudum, nullatenus negligendum, in quo qualcumque sit sermo, dum mens sit integra, ac penitus illi devota, non magnificendum arbitror, quod in eum magis esse gratius cupio quam disserus. Nec me fallit, eum qui laudare quempiam ex illustribus accedit, maximè vero quod ad rem divinam attineat, debere & ipsum quoque laude

dignum esse, labéque omni carere, ne dicentis vitam reprehendant oratio, verbisque speciosis mores fodiendi fidem abrogant. Quod ut in me non sit, boni tamen piisque ingenii foler esse argumentum, laudare studiosè virtutem, & rebus sacris cultum adhibere præcipuum. Quod si ex me quispiam querat, quam hujus sancti gloriós primam potissimumque laudem existimet, hanc scilicet incunctanter respondebo, quod meo quidem iudicio non possit dignè humano ore laudari: deinde quod in unoquoque genere laudum earum, quæ ad doctum rectumque hominem, ac planè religiosissimum Christianum pertinent, laudari eximiè de singulis potest. Quod si jam in eo laudando cōp̄ero literarum peritiam commemorare, diversarum experientiam linguarum, orationis facundiam, rectos fabularum sensus, multam historiarum memoriam, naturalium rerum cognitionem, moraliumque sermonum: tum verò scriptura sacræ, veræque Theologiae perceptionem, non videbor forsitan aliquid magnum dicere, quod hac ipsa malis etiam hominibus possint advenire: neque enim ista bonos faciunt, sed eruditos. Aut si præterea continentiam, fortitudinem, prudentiam, constantiam, mansuetudinem, patientiam, benignitatemque in illius laudibus recognovero: nec sic quidem forsitan magnopere cum ornare judicabor, quod & his virtutibus plurimi gentilium prædicti fuere: suntque hæ laudes ut debita quidem viro bono, ita planè non proprio homini Christiano.

Postremò si fidem constanter, spem certam, charitatem intenam, omnemque sanctimoniam, & ceremoniarum cultum religionisque studium demonstravero: nec sic quoque fortassis laus erit eximia, quod hac ipsa debet unusquisque de se rectus fidelique Christianus exhibere. At vero, si hæc omnia, & quæcumque his nominibus, aut omnino virtutis nomine continentur, in eo fuisse universa contester, eaque ipsa non mediocriter, aut vulgari quodam summotenus modo, sed excellētissime atque incomparabiliter affluisse constet: nōne hoc divinum quiddam in homine videri necesse est? Ego sanè cùm trita ista vulgo vocabula, eruditio, eloquentiam, fortitudinem, prudentiam, fidem ac charitatem, & cetera hujusmodi, commemoro, talia quædam dicere mihi video, qualia solent in communione hominum vita reperi, & non eminentissimas illas virtutes, quas in excellentissimis viris, paucis illis quidem omni atate fuisse constat.

Quamobrem agere ferre solo, & Latinae orationi indignerari, quod propriis atque exquisitiis nominibus, exquisitissimas laudes effere non licet: qua tantum penè a communibus virtutibus, quantum fermè virtus à virtu. Verum quod oratione deest, oro supplex audiens intellectus: & non quod dicam, sed quod dicere velim accipiter. Quod & hinc quoque licet intelligere: nam solent pauca horum aut singula quædam, dum intenso gradu cuiuspiam adfunt, magnum virum constitutre, admirabilisque excellētia cum videri, qui plura ex his sit assēquitus. Quid ergo es debet existimari, qui omnium virtutum cunctarumque bonarum artium cumulum non perfundor, sed ad summum in se collegisset: cuius vita, totius sanctitatis exemplum: eloquentia, stupor: doctrina, miraculum. Itaque non tam sanctum nomen habuit, quod quidem ipsum denotat Hieronymus vocabulum, quam ipsam in se habuit sanctitatem. Nam cum dubiis rebus fundata est in initio sacra religio, prædicatione scilicet Apostolorum, & sanguine martyrum: cùm quod illi sermone doceant, hi per carcera & tormenta, ac denique mortem ipsam aſtruerent, in utrumque locum suo gradu subierunt sancti doctores: qui quod illi compendiosè docuerant, latius explicent: quodque martyres sanguine suis testati sunt, hoc isti sanctimonia vite confirmant, arque adversus omnem heresim, omnemque vitiorum labem, pro fide justitiaque consisterent: iidem & militum vices gererent & ducerent.

Multa autem varia Hieronymus, uti fortis miles, in hac vita bella sustinuit: cum mundo quippe bellum gessit & vicit, quando sacerdos jam factus, & summus sacerdotio dignus habitus, ab urbe cessit, pompsique saeculi & omni ambitioni mundanorum honorum renunciavit, cum carne ac dæmonibus: cùm in illa trans mare vasta solitudine, qua ut ipse ait, exulta solis ardoribus, horridum monachis habitatculum præstabat: carnem quidem jejuniis frangeret, spiritalites autem hostes orationibus effugaret: cùm improbis atque æmulis, in quos sepe per prologos, sepe per Epilo-

las scribendo inventus est: cum hæreticis, quos libri tractabilique scribendis saepe numero de diversis convicit erroribus, disputandoque vi rationum superavit. Doctoris ergo nomen ut habet: ita & officium studiosissime vivens gessit: præfentes voce & exemplis erudiens: absentes scriptis. Utrosque vero tam suæ ætatis quam posteros, voluminibus diversi idiomatis, varia interpretatione linguarum vivorum doctorum eruditio adjuvans: rudiores historia delatans: acutiores instruens arcans sacræ Scripturæ sensibus explicandis.

Eloquentiam certè jam ejus laudare tentare: quæ tanquam rivus limpidissimus leviter defluens, & apace & sonno delectat: nisi ipse se multò melius quam à me fieri possit, elegancia sua legibet commentendar: ad quam dignè prædicandam, ejus ipsius eloquentia opus est. Nec me deterret: quod damnatus fuerit ejus studii aliquando Hieronymus, cùm extatica visione traclus ad judicis aeterni tribunal, & quinam est interrogatus: pro Christiani nomine, quod inter metum trepidationemque profitebatur, Ciceronianus sibi nomen obici audire: Neque enim res ipsa damnata est, sed fortassis ejus studium vehementius: sine qua profecta via sacræ literæ, certè non tanta cum volupte legentur.

Hac igitur ut ceteræ quoque dotes quas strictim memoravi: multos acerbissimosque illi æmulos comparavere: quorum ut improbitati cederet, Roma migravit: & qui docto latè clarissimus habebatur, Gregorio Nanzianno in disciplinam se tradidit. Posthac studia, cùm de frequentissima urbe cessisset: ad eremum se transtulit: & qui in urbe omnium urbanissima homines perpetius erat bestiales, in desertissima eremo bestias est expertus humanas. Ibi leo natura levissimus imperium ejus pertulit, cùm hic homo natura mitis in se saceret. Roma igitur Bethlehem permovit: divitiae ex urbe non tam pulsus quam cedens: elegit ibi pauper vivere, ubi pauper Christus est natus: & inde salutem petere, unde ortus est author ipse salutis. Quid enim aduersus malignitatem tutum uspiam esse poterit: quando tanta virtus persecutor non caruit? Quod si quid nobis tale accidat: ex ejus casu consolari nos ipsos debemus. Inter ea vero maledicos benefaciendo vincere: & eorum in nosodium virtute patientie manutendinque superare: illo præstante qui vivit & regnat in secula seculorum.

Secunda seriei hujus Tomi finis.

ERASMI ROTERODAMUS
divinarum studiosis literarum S. D.

HAUD me fallit optime lector, in prima hujus tomis quædam à nobis esse relata, que & stultitiam & balbutium resipians ejusdem impostoris, cuius nensis in hunc extremum hujus voluminis locum, velut sentinam rejecimus: nullo aliqui dignas loco, nisi quemadmodum ante sum tefatus, humanus ac modestius esse duxisset, in hanc peccare partem: ut quædam residere patremur, que merebantur abici, quæ ut quicquam loco moveremus, aliquo modo lectu dignum, ut videlicet æquos imitari judices, qui propensiores esse solent ad absolvendum, quam ad damnandum: Sive quod humanus est liberare periculum nocentem, quæm insontem perdere. Sive quod præter meritum absolutus, rursum in jus vocari potest, ac pœnas dare legibus: Cùm nos perinde commode succurri possit præter æquum damnato. Quamquam & illi censuris additis opinionem nostram verius quam sententiam indicavimus.

Ceterum hac in parte nihil omnino reperes, non dicam, quod Hieronymi dignitati respondeat, sed aliqua ex parte dignum, in quo bonarum horarum ullam portionem colloget, qui vel pietatis studio, vel bonarum literarum amore ducuntur. Verum hoc datum est quorundam imperitorum invicta pertinacia, qui quicquid semel infedit animo, nunquam patiuntur revelli, stupidiores quam ut ipsi recte judicare queant, & iidem præfractiores, quam ut aliena sententia velint accedere: quod quidem hominum genus, omnium extremum ac profus inutile meritò judicavit. Hefodus.

Ego sanè quoties ineptissimas hominis ineptias, & nu-

gacissimas nugas mecum expendo: parum liquet utrum potius debeat admirari, hujus ne scriptoris, quisquis fuit, impudentissimam insaniam, qui fato quodam narus ad perpendendos bonos autores, omnes vires, totum otium, immo totius vita studium, in hoc unum contulisse videtur, ut insignium virorum eruditissimam lucubrationes, insulfissimis blateramentis contaminaret: an nostram magis ostentantiam, vel ut verius dicam stuporem, qui jam facilius aliquot Hieronymi nomine, viri doctrina, facundia, sanctimonia profus incomparabilis, legamus obscuri nebulonis nugas: in quibus nec illa sententiarum gravitas, neque verborum cultus, nec lepos, nec argutia, nec eruditio, nec ullum denique sanæ mentis vestigium: sed temere utcumque in buccam venerunt effusus verborum volumina, rerum nullus delectus, folescens, ac fordistissimis verbis & nuper in culina natis undique referunt omnia: Exclamationes infanae subitæque quæ sic adhiberet, ut profus intelligas histriōnem personatum age, non gravem & sanctum virum ex animo loqui. Ita facilius nobis hic rethor Hieronymi refert epiphonemata. Quid multis? Sic notis omnibus discrepat ab Hieronymo, ut non sit facilius suum ab homine dignoscere, nisi si quis sit omni fœtidiolor. Et tamen hæc, & rem pudendam, Hieronymi titulum occupant.

Verum ea res hinc evenit, quod bona pars hominum iudicio caret. Quid enim de tam excellētis viri monumentis judicent ii, qui linguarum omnium imperiti, ignari antiquitatis, in nullo scripti genere exercitati, in nullis bonorum autorum libris verlati, præter sophisticas ineptias nihil unquam didicierunt? Nonnulli rursum dum impendio candidi videntur student, dum inhumanum judicant quicquam omnino reprehendere, dum quicquid semel chartis illitum fuerit, id nefas esse dicunt ullo pacto convellere, rabularum ineptias, pro doctissimorum hominum egregiis monumentis amplectuntur: divitiae ex urbe non tam pulsus quam cedens: elegit ibi pauper vivere, ubi pauper Christus est natus: & inde salutem petere, unde ortus est author ipse salutis. Quid enim aduersus malignitatem tutum uspiam esse poterit: quando tanta virtus persecutor non caruit? Quod si quid nobis tale accidat: ex ejus casu consolari nos ipsos debemus. Inter ea vero maledicos benefaciendo vincere: & eorum in nosodium virtute patientie manutendinque superare: illo præstante qui vivit & regnat in secula seculorum.

Sunt alii qui sedulo quidem illi, sed parum prudenter Hieronymi gloriae faventes, ipsi sibi scientes dataque opera occludunt oculos, ut quod cernunt non videant, quod audiunt non audiant, quod manibus tangunt non lentiant: neque quicquam putant interest, cuius ore, quæ ratione laudetur aliquis, modo laudetur, cùm Alexander ille Macedonius rex non à quovis artifice vel fingi voluerit vel pingi. Tum à quibusdam laudari, vituperari est, ut verè scriptus Seneca. Nec usque ad gloriam inops est sanctissimus Hieronymus, ut indocti blateroni mendacis debuerit commendari.

Sunt rursum quibus non omnino deest iudicium, sed vix est credibile quantum valeat imaginatio persuasioque si prior animum occupari: idque non solum in vulgo, verum etiam in eruditissimis magnique iudicij viris. Sic quotidianè falluntur oculi, sic populi totius aëris Patmenonis suem requirabant, quæ quidem res & in proverbium dñe cestis. Non pigebit fabulas aliquot hoc referre loco, quæ magis quod dico fiat perspicuum. Fuit olim juveni milii cum Ptro Santeramo Siculo, homo non minus festivo quam eruditio, familitas, in ædibus incliti viri Henrici vulgari cognomento de Bergis, Episcopi Cameracensis. Is, uti referebat, cùm Parisius ageret, ludens hujusmodi scriperat Epigramma, veluti riu riu referens: Tempora fatalis quoniam si limitis itis, Trifia concentu funera solor olor. Affinxerat titulum: Cygnus moriens pro specu. Sub id adhuc scribendi pulchre peritum artificem, qui distichon hoc quam maximè posset ad imitationem antiquitatis pingere, literis aliquot data opera relatis nutilis, cùm iam obliteratis vetustate. Carmen adornatum exhibuit Fausto Andrelino, qui multos jam annos illic poëticen profitetur. Addidit eam schedulam inter verutissimas antiquitatis reliquias sibi reportam fuisse, videlicet quod sciret hominem aspernaturum, si disixerit nudiū fertur apud se natam. Legit iterum atque item Faustus, & difficile dictu, quæm stupuerit quamque exsculatus sit, quam penè adoraverit doctam illam & inimitabilem antiquitatem. Nec finis nec modus admirandi antiquitatem, donec ipse Santeramus sui proditor, rem omnem in riuſum verteret.